Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XVIIII

urn:nbn:de:bsz:31-64194

Visual Library

uestrum ad uidendum uerbum, et ipsius luce reuerberati ad solita recidistis. Rogate medicum ut adhibeat collyria mordacia, praecepta iustitiae; est quod uideas, sed non est unde uideas; non mihi antea credebas quia est quod uideas. duce quadam ratione adductus es. propinquasti. intendisti. palpitasti. refugisti; scis certe esse quod uideas, sed idoneum te non esse qui uideas; ergo curam uolentes quaerunt collyria. noli mentiri. noli peiurare. noli adulterare. noli furari. noli fraudare, sed consuesti et cum aliquo dolore a consuetudine reuocaris. hoc est quod mordet sed sanat; nam dico tibi liberius ex timore et meo et tuo, si curari destiteris, et esse idoneus ad perfruendum hac luce neglexeris ualitudine oculorum tuorum tenebras amabis. et amando tenebras in tenebris remanebis. et remanendo in tenebris, etiam in tenebras exteriores proiceris. ibi erit fletus et stridor dentium; si nihil in te faciebat amor lucis. faciat timor doloris; Sufficienter me locutum arbitror, et lectionem tamen euangelicam non finiui; si dicam reliqua onerabo uos. et timeo ne etiam quod haustum est effundatur; sufficiant ergo ista caritati uestrae. debitores sumus non nunc sed semper quamdiu uiuimus. quia propter uos uiuimus; uerumtamen uitam istam nostram infirmam, laboriosam, periculosam in hoc mundo consolamini bene uiuendo, et nolite nos contristare et adterere malis moribus uestris; Cum enim offendimur mala uita uestra, si refugiamus a uobis, et separemus nos a uobis, et ad uos non accedamus, nonne conquerimini et dicitis. et si languebamus curaretis, et si infirmabamur uisitaretis. ecce curamus, ecce uisitamus. sed non nobis fiat quomodo audistis ab apostolo timeo ne sine causa laborauerim in uobis; EXPLICIT TRACTATUS XVIII.

INCIPIT XVIIII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST NON POTEST FILIUS A SE FACERE QUICQUAM NISI QUOD UIDERIT PATREM FACIENTEM. USQ. AD ID QUOD AIT. QUIA NON QUAERO UOLUNTATEM MEAM SED UOLUNTATEM EIUS QUI MISIT ME.

Sermone pristino quantum nostrum mouet affectum et intellegendi paupertatem. locuti sumus ex occasione uerborum euangelicorum ubi scriptum est. Non potest filius a se facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem. quid sit uidere filii. hoc est uidere uerbi. quia filius uerbum. et quia per uerbum facta sunt omnia. et quomodo possit intellegi quod uideat primo filius patrem facientem. tunc demum et ipse faciat quae facta conspexerit. cum pater nihil nisi per filium fecerit. Omnia enim per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nihil. Non tamen explicatum aliquid diximus. sed quia nec explicatum aliquid intelleximus; Aliquando quippe sermo deficit etiam ubi intellectus proficit. quanto magis sermo patitur

defectionem; quando intellectus non habet perfectionem. Nunc itaq. quan
tum dns donat. breuiter per curramus lectionem. & uel hodie expleamus de
bitum pensum; si quid forte remanserit uel temporis uel uirium retractabi
mus si potuerimus quantum & a nobis & apud uos fieri potest; quid sit uidere
uerbi. demonstrari uerbo non potest; Omnia quippe dicta sunt hic, quae si in
tellegantur secundum humanum sensum carnaliter, nihil aliud nobis facit
anima plena fantasmatis, nisi quasdam imagines uelut duorū hominum
patris & filii; unius ostendentis. alterius uidentis. unius loquentis. alterius
audientis. quae omnia idola cordis sunt; quae si iam deiecta sunt in templis
suis, quanto magis deicienda sunt de pectoribus xpianis. Non potest inquit
filius a se facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem; uerum est
hoc, tene & hoc, dum tamen non amittatis quod in ipsius euangelii exordio
tenuistis, quia in principio erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds erat
uerbum. & praecipue quia omnia per ipsum facta sunt, quod nunc enim
audistis coniungite illi auditui. & utrumq. concordet in cordibus uestris.
Sic itaq. non potest filius a se facere quicquam nisi quod uiderit patrē facien
tem. ut tamen pater ea quae facit non faciat nisi per filium. quia filius eius ē
uerbum. & in principio erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds erat uer
bum. & omnia per ipsum facta sunt; quaecumq. enī ille fecerit. haec & filius — filii facit
similiter facit. non alia sed haec. nec dissimiliter, sed similiter; Pater enim — que pr̄
diligit filium & omnia demonstrat ei quae ipse facit; ad hoc quod supra di — similiter:
xit. nisi quod uiderit patrem facientem, uidetur pertinere & quod omnia
demonstrat ei quae ipse facit; Sed si pater demonstrat quae facit. nec filius
potest facere nisi pater demonstrauerit, paterq. demonstrare non potest
nisi fecerit, consequens erit ut non per filium faciat omnia pater; Porro si
fixum atq. inconcussum tenemus quia per filium omnia pater facit, ante
quam faciat demonstrat filio; Nam si pater cum fecerit. demonstrat filio ut
filius demonstrata faciat quae demonstrata iam facta sunt, aliquid pro
culdubio pater sine filio fecit; Sed non facit pater aliquid sine filio. quia fili
us di uerbum di est. & omnia per ipsum facta sunt. Remanet igitur fortasse.
ut quae pater facturus est. demonstret facienda ut per filium sint facta.
Nam si filius ea facit quae pater facta demonstrat, ea quae pater facta demons
trat. Non utiq. per filium fecit; monstrari enim non possent filio nisi fac
ta. facere filius non posset nisi monstrata; ergo sine filio facta. Sed uerū
est, omnia per ipsum facta sunt, ergo antequam facta monstrata sunt;
Sed hoc diximus differendum esse. quo redeundum sit per cursa lectione.
si ut diximus aliquid uel temporis uel uirium nobis remanserit. ad ea quae

distulimus retractanda, amplius audite & difficilius; & maiora his inquit de
monstrabit ei opera, ut uos miremini; maiora his; quibus maiora? facile occurrit.
his quae modo audistis curationibus languorum corporalium; De isto enim
qui xxxviii. annos habebat in infirmitate & xpi uerbo sanatus est, nata est
huius occasio tota sermonis; & propter hoc dns dicere potuit. maiora his demons
trabit ei opera, ut uos miremini; sunt enim opera maiora quam ista. & demons
trabit ea pater filio; Non demonstrauit tamquam de praeterito. sed demonstra
bit de futuro. hoc est demonstraturus est; Rursus difficilis oritur quaestio;
est enim aliquid apud patrem quod filio nondum demonstratum sit. est aliquid
apud patrem quod adhuc latebat filium quando ista filius loquebatur? Si enim
demonstrabit. hoc est demonstraturus est. nondum demonstrauit. & tunc
filio demonstraturus est quando & istis. sequitur enim ut uos miremini; & hoc
difficile est uidere quomodo tamquam temporaliter filio coaeterno aliqua de
monstrat aeternus pater. omnia scienti quae sunt apud patrem; quae sunt ta
men illa maiora? hoc enim forte facile est intellegere; Sicut enim pater inquit
suscitat mortuos & uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat; maiora ergo sunt
opera mortuos suscitare quam languidos sanare; Sed suscitat pater mortuos &
uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat; alius ergo pater alius filius. sed omnia
per ipsum; ipsos itaq. filius quos & pater. quia non alia nec aliter. sed haec fili
us similiter facit; ita plane intellegendum est & ita tenendum. sed memen
tote quia filius quos uult uiuificat; tenete hic ergo non solum potestatem filii.
uerum etiam uoluntatem; & filius quos uult uiuificat. & pater quos uult uiui
ficat. & ipsos filius quos & pater. ac per hoc eadem patris ac filii & potestas est.
& uoluntas; quid est ergo quod sequitur. Neq. enim pater iudicat quemquam
sed iudicium omne dedit filio. ut omnes honorificent filium sicut honorifi
cant patrem? quod ita subiunxit tamquam rationem reddens superioris
sententiae; multum mouet. intenti estote; filius quos uult uiuificat. pater
quos uult uiuificat. filius suscitat mortuos. sicut pater suscitat mortuos.
Neq. enim pater iudicat quemquam; Si in iudicio suscitandi sunt mortui?
quomodo pater suscitat mortuos si non iudicat quemquam. omne quippe
iudicium dedit filio; In illo autem iudicio suscitantur mortui, & resurgent
alii ad uitam, alii ad poenam; quod totum si filius facit. pater autem ideo non
facit. quia pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio,
Contrarium uidebitur ei quod dictum est. sicut pater suscitat mortuos &
uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat; Simul ergo suscitant; si simul sus
citant. simul uiuificant. simul ergo iudicant; quomodo itaq. uerum est
neq. enim pater iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio? moue

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ant interim propositae quaestiones. praestabit dns ut solutae delectent;
Ita est frs omnis quaestio nisi intentum fecerit proposita, non delectabit ex
posita; Sequatur ergo ipse dns. ne forte in his quae subnectit. aperiat se ali
quantum; subtexit enim nubilo lucem suam, & difficile est aquilae more
uolare super omnem nebulam qua tegitur omnis terra. & uidere in uerbis dni
sincerissimam lucem; Ne forte ergo calore radiorum suorum discutiat caligi
nem nostram. & aliquantum se in consequentibus aperire dign&ur. Dilatis
his sequentia uideamus; Qui non honorificat filium. non honorificat patrē
qui misit illum; Hoc uerum est & planum est; Omne quippe iudicium dedit
filio sicut supra dixit. ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrē;
quid si inueniuntur qui patrem honorificant & non honorificant filium?
non potest inquit fieri; qui non honorificat filium. non honorificat patrem
qui misit illum; Non potest ergo dicere aliquis. Ego patrem honorificabam.
quia filium non noueram; si nondum filium honorificabas. nec patrem hono
rificabas; quid est enim honorificare patrem. nisi quod habeat filium? Aliud
est enim cum tibi commendatur ds quia ds est. & aliud cum tibi commenda
tur ds quia pater est; Cum tibi quia ds est commendatur. creator tibi com
mendatur. omnipotens tibi commendatur. sps quidem summus aeternus.
inuisibilis. incommutabilis tibi commendatur; Cum uero tibi quia pater est
commendatur, nihil tibi aliud quam & filius commendatur; quia pater dici
non potest si filium non hab&. sicut nec filius si patrem non hab&; Sed ne for
te patrem quidem honorifices tamquam maiorem. filium uero tamquam
minorem. Ut dicas mihi. honorifico patrem. scio enim quod habeat filium.
& non erro in patris nomine. Non enim patrem intellego sine filio. honorifico
tamen & filium tamquam minorem. Corrigit te ipse filius & reuocat te dicens.
ut omnes honorificent filium. Non inferius. sed sicut honorificant patrem;
qui ergo non honorificat filium, nec patrem honorificat qui misit illum; ego
inquis maiorem honorem uolo dare patri. minorem filio; ibi tollis honorem pa
tri ubi minorem das filio. quid enim tibi aliud uid&ur ista sententia. nisi quia
pater aequalem sibi filium generare aut noluit aut non potuit; si noluit. inuidit;
si non potuit. defecit; Non ergo uides quia ita sentiendo ubi maiorem honorē
uis dare patri. ibi es contumeliosus in patrem; Proinde sic honorifica filium.
quomodo honorificas patrem. si uis honorificare & filium & patrem;
Amen amen dico uobis quia qui uerbum meū audit & credit ei qui misit me.
hab& uitam aeternam. & in iudicium non uenit. sed transiit; non nunc tran
sit. sed iam transiit a morte in uitam; & hoc attendite; qui uerbum meum
audit. & non dixit credit mihi. sed credit ei qui misit me. uerbum ergo filii

audiat ut patri credat; quare uerbum audit tuum, & credit alteri; Nonne
cum uerbum alicuius audimus. eidem uerbū proferenti credimus. Loquenti
nobis fidem accōmodamus; quid ergo uoluit dicere. qui uerbū meū audit &
credit ei qui misit me. nisi quia uerbum eius est in me; & quid est. audit uerbū
meum; nisi audit me. credit autem ei qui misit me; quia cum illi credit. uerbo
eius credit; cum autem uerbo eius credit. mihi credit. quia uerbum patris ego
sum; pax ergo in scripturis. & omnia disposita. nequaquam rixantia; tu abice
litem cordis tui. intellege concordiam scripturarum, numquid contraria sibi
dicere& ueritas; qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me. hab& uitā
aeternam. & in iudicium non uenit. sed transit a morte ad uitam; meministis
quod superius posueramus. quia sicut pater suscitat mortuos & uiuificat. sic &
filius quos uult uiuificat; Incipit iam aperire se. & loqui de resuscitatione mor
tuorum. & ecce iam resurgunt mortui; qui enim uerbum meum audit & cre
dit ei qui misit me. hab& uitam aeternam & in iudicium non ueni&; proba quia
resurrexit; sed transit inquit a morte ad uitam; qui transit a morte ad uitam.
nullo dubitante utiq. resurrexit. Non enim transir& de morte ad uitam. nisi pri
mo ess& in morte. & non ess& in uita. Cum autem transierit. erit in uita & non
erit in morte; mortuus ergo erat & reuixit. perierat & inuentus est; fit pro
inde iam quaedam resurrectio. & transeunt homines a morte quadam ad quan
dam uitam. a morte infidelitatis ad uitam fidei. a morte falsitatis ad uitam ueri
tatis. a morte iniquitatis ad uitam iustitiae. est ergo & ista quaedam resurrec
tio mortuorum. aperiat illam plenius & dilucescat nobis ut cepit; Amen amē
dico uobis. quia uenit hora & nunc est; Nos expectabamus in fine resurrectio
nem mortuorum. nam ita credidimus. immo non expectabamus sed plane ex
pectare debemus. neq. enim falsum credimus in fine mortuos resurrecturos;
Cum ergo uell& dn̄s ihs insinuare nobis quandam resurrectionem mortuorū
ante resurrectionem mortuorum. non sicut lazari uel filii illius uiduae uel
filiae archisynagogi. qui resurrexerunt morituri. Nam & ipsorum mortuorū
quaedam resurrectio facta est ante resurrectionem mortuorum. Sed sicut
hic dicit. hab& inquit uitam aeternam. & in iudicium non uenit sed transit a morte
ad uitam, ad quam uitam. ad aeternam; Non ergo sicut corpus lazari. tran
sit enim & ille a morte sepulchri ad uitam hominū. sed non aeternam. iterum
moriturus; resurrecturi autem in fine saeculi mortui in uitam aeternā tran
sibunt; cum ergo uell& dn̄s noster ihs xp̄s magister caelestis uerbum patris &
ueritas demonstrare nobis quandam resurrectionem mortuorum in aeternā
uitam ante resurrectionē mortuorū in aeternam uitam. Uenit hora inquit;
tu proculdubio inbutus fide resurrectionis carnis expectabas horam illam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

finis saeculi diem iudicii, quam ne in isto loco expectares. addidit & nunc ē;
quod ergo dicit, uenit hora. Non dicit de hora illa nouissima ubi in iussu in uoce
archangeli & in tuba dī dn̄s ipse descend& de caelo & mortui in xp̄o resurgent Resurrectio mortuorum:
primo. deinde nos uiuentes qui reliqui sumus. simul cum illis rapiemur in nu
bibus obuiam xp̄o in aera. & ita semper cum dn̄o erimus; Ueni& hora illa. sed n̄
est nunc; hora uero ista quae sit aduertite; Uenit hora & nunc est; quid in ea
fit. quid. nisi resurrectio mortuorum. & qualis resurrectio. ut qui resurgunt.
in a&ernum uiuant; hoc erit in nouissima hora; Quid igitur. quomodo intelle
gimus duas istas resurrectiones. Numquid forte qui nunc resurgunt. tunc
non resurgent. ut aliorum fiat nunc resurrectio. aliorum tunc. non est ita;
Nam ista resurrectione si recte credidimus resurreximus. & nos ipsi qui
iam resurreximus. alteram in fine resurrectionem expectamus. Sed &
nunc in a&ernam uitam resurreximus. si in fide ipsa perseueranter manem̄,
& tunc in a&ernam uitam resurgemus. quando angelis coaequabimur, ipse
igitur distinguit. ipse aperiat quod loqui ausi sumus. quomodo fiat resurrec
tio ante resurrectionem. non aliorum & aliorum sed eorundem. nec talis
qualis lazari. sed in uitam a&ernam, Aperi& plane; audi dilucescentē magistrū.
& inlabentem cordibus nostris solem nostrū. Non quem desiderant oculi carnis.
sed cui aestuant aperiri oculi cordis, ipsum ergo audiamus; Amen amen dico
uobis quia uenit hora & nunc est. quando mortui; Uide& exprimi resurrec
tionem; quando mortui audient uocem filii dī. & qui audierint uiuent;
quare addidit. qui audierint uiuent, possent enim audire nisi uiuerent. suf
ficer& ergo. uenit hora & nunc est. quando mortui audient uocem filii dī, iam
nos intellegeremus uiuentes eos. quando nisi uiuerent. audire non possent,
Non inquit quia uiuunt audiunt. sed audiendo reuiuiscunt. Audient. & qui
audierint uiuent; quid est ergo audient. nisi obaudient. quantum enim
pertin& ad auris auditum. Non omnes qui audient uiuent; multi enī audi
unt & non credunt. audiendo & non credendo. non obaudiunt. Non oboedi
endo non uiuunt; Itaq. hic qui audient. nihil est aliud quam qui obaudient.
qui ergo obaudierint, uiuent. certi sunt. securi sunt. uiuent; praedicatur
xp̄s uerbum dī. filios dī per quem facta sunt omnia. certe dispensationis gra
tia assumpta carne natus ex uirgine. infans in carne. iuuenis in carne. pa
tiens in carne. moriens in carne. resurgens in carne. ascendens in carne. pro
mittens resurrectionem carni. promittens resurrectionem menti. menti
ante carnem. carni post mentem, qui audit & obaudit uiu&. qui audit & n̄
obaudit. id est audit & contemnit. audit & non credit. non uiu&; quare non
uiu&. quia non audit; quid est non audit. non obaudit; ergo qui audierint.

uiuent; Adtende nunc quod dixeramus differendum. ut nunc si fieri potue
rit aperiatur; subicit continuo de hac ipsa resurrectione. Sicut enim pater ha
b& uitam in sem&ipso. sic dedit & filio habere uitam in sem&ipso; quid est hab&
uitam pater in sem&ipso. Non alibi hab& uitam. sed in sem&ipso; Uiuere quippe
suum in illo est. non aliunde. non alienum est. non quasi mutuatur uitam. nec
quasi particeps fit eius uitae quae non est quod ipse. sed hab& uitam in
sem&ipso. ut ipsa uita sibi sit ipse; Si potuero adhuc inde modicum quid dicere.
exemplis propositis ad intellegentiam uestram informandam dn̄o adiuuante
potero. & pi&ate intentionis uestrae; uiuit ds̄. uiuit & anima. sed uita dī inmuta
bilis est. uita animae mutabilis est; Ds̄ nec proficit. nec deficit. sed est ipse semper.
in se est ita ut est. non aliter nunc aliter postea. aliter antea. Animae uero uita
ualde aliter atq; aliter; uiuebat stulta. uiuit sapiens. uiuebat iniqua. uiuit iusta.
Nunc meminit. nunc obliuiscitur. Nunc discit. Nunc discere non potest. Nunc
perdit quod didicerat. Nunc percipit quod amiserat; mutabilis ergo uita animae; &
cum uiuit anima in iniquitate. mors eius est. Cum autem fit iusta. fit particeps
alterius uitae quae non est quod ipsa; erigendo se quippe ad dm̄. & inherendo
dō. ex illo iustificatur; Dictum est enim credenti in eum qui iustificat impium.
deputatur fides eius ad iustitiam; Deficiendo ab illo fit iniqua. proficiendo
ad illum fit iusta; Nonne uid&ur tibi quasi aliquid frigidum igni admotū
feruescere. remotum ab igne torpescere. Nonne uid&ur tibi quiddam tenebro
sum admotum luci clarescere. remotum a luce nigrescere. tale quiddam est
anima. non tale aliquid ds̄. potest & homo dicere. habere se lucem nunc in oculis
suis; Dicant ergo quasi quadam uoce proprie oculi tui si possunt. habemus
lucem in nobis ipsis; contra dicitur. Non proprie dictis habere uos lucem in uo
bis ipsis. hab&is lucem. sed in caelo. hab&is lucem si forte nox est. sed in luna.
in lucernis. Non in uobis ipsis; Nam clausi amittitis quod aperti percipitis.
Non ergo in uobis ipsis hab&is lucem; sole occidente ten&e lucem si potestis; nox
est & lumine nocturno perfruimini. sub ducta lucerna ten&e lucem; Cū
uero subtracta lucerna in tenebris reman&is. Non lucem in uobis ipsis hab&is.
hoc est ergo habere lucem in sem&ipso. Non indigere lucem ex altero; ecce ubi
siquis intellegat ostend. filium aequalem patri ubi ait. Sicut hab& pater
uitam in sem&ipso. sic dedit filio habere uitam in sem&ipso. ut hoc solum inter
sit inter patrem & filium. quia pater hab& uitam in sem&ipso quam nemo ei
dedit. filius autem hab& uitam in sem&ipso quam pater dedit; Sed & iam hic
oritur aliquod nubilum discutiendum; Non deficiamus. intenti simus. pascua
mentis sunt. non fastidiamus. ut uiuamus; Ecce inquis fateris ipse quod uitā
pater filio dedit. ut habeat eam quidem in sem&ipso sicut pater hab& uitam in

sem& ipso; Non indigens ille, non indigeat & iste, ut sit ille uita, sit & iste,
& utrumq. coniunctum una uita, non duę. quia unus d͞s, non duo dii. & hoc
ipsum sit ēē uitam; quomodo ergo dedit filio uitam pater? non sic quasi ante fu
erit filius sine uita. atq. ut uiuer& a patre accepit uitam. Nam si hoc esse& non
haber& uitam in sem& ipso; ecce de anima loquebar; est anima. & si non sit sapi
ens. & si non sit iusta. anima est. & si non sit pia. anima est. aliud illi ergo est ēē
animam, aliud uero esse sapientem. esse iustam. esse piam; est ergo aliquid
quod nondum est sapiens. nondum iusta. nondum pia. non tamen nihil est.
non tamen nulla uita est; Nam ex operibus quibusdam suis ostendit se uitam.
& si non ostendit se sapientem. piam. iustam; Nisi enim uiuer& corpus non mo
uer&. pedibus gressum. manibus opus. oculis intuitum. auribus auditum. non
aperir& os ad uocem. linguam ad distinctionem uocum non mouer&. his itaq.
operibus uiuere se ostendit. & esse aliquid quod sit corpore melius. sed nūquid
his operibus sapientem, piā. iustam se ostendit. Nonne ambulant, operan
tur. uident. audiunt. loquuntur & stulti. & impii. & iniusti. cum uero se erigit
ad aliquid quod ipsa non est. & quod supra ipsam est. & a quo ipsa est. percipit
sapientiam. iustitiam. pi&atem. sine quibus cum esse& mortua erat. nec uitā
habebat qua ipsa uiuer&. sed qua corpus uiuificar&. aliud est enim in anima
unde corpus uiuificatur. aliud unde ipsa uiuificatur. melius quippe est, quā
corpus. sed melius quam ipsa est d͞s; est ergo ipsa &iam si sit insipiens. iniusta.
impia. uita corporis. quia uero uita eius est d͞s quomodo cum ipsa est in corpo
re praestat illi uigorem. decorem. mobilitatem. officia membrorū. sic cum ui
ta eius d͞s in ipsa est. praestat illi sapientiam. pi&atem. iustitiam. caritatem; Anima uita est corporis & deus uita animae ::
Aliud est igitur quod praestatur corpori de anima. aliud quod praestatur
animae de d͞o; Uiuificat & uiuificatur. mortua uiuificat, si ipsa non uiuifica
tur; ueniente itaq. uerbo & infuso audientibus. factisq. illis non solū audi
entibus. sed &iam oboedientibus. Resurg& anima a morte sua ad uitam suam.
hoc est ab iniquitate. ab insipientia. ab impi&ate. ad d͞m suum qui est illi sa
pientia. iustitia. claritas. surgat ad illum. inluminetur ab illo; Accedite inquit
ad eum; & quid uobis erit? & inluminamini; Si ergo accedendo inluminamini.
& recedendo tenebramini. Non erat in uobis lumen uestrū. sed in d͞o uestro;
accedite ut resurgatis. si recesseritis moriemini; Si ergo accedendo uiuitis.
recedendo moriemini. Non erat in uobis uita. ipsa est enim uita uestra quae
est lux uestra; q͞m apud te est fons uitae & in lumine tuo uidebimus lumen;
Non ergo sicut anima aliquid aliud est antequam inluminetur. & fit melius
cum inluminatur participatione melioris. ita & uerbum d͞i filius d͞i aliquid
aliud erat ante quam acciper& uitam. ut participando habeat uitam. Sed uitā

Anima ::

pr, filij:

habet in semet ipso. ac per hoc ipse est ipsa uita; Quid ergo ait. dedit filio habere uitam in semet ipso. breuiter dixerim. genuit filium; neque enim erat sine uita et accepit uitam. sed nascendo uita est; pater uita est non nascendo. filius uita est nascendo; pater de nullo patre. filius de deo patre; pater quod est a nullo est. quod autem pater est. propter filium est! filius uero et quod filius est. propter patrem est. et quod est a patre est; hoc ergo dixit. — uitam dedit filio ut haberet eam in semet ipso. tamquam diceret. pater qui est uita in semet ipso. genuit filium qui est et uita in semet ipso; pro eo enim quod genuit. uoluit intellegi dedit. tamquam si cuiquam diceremus. dedit tibi deus esse; cui dedit? si alicui iam existenti dedit esse! non ei dedit esse. quia erat antequam ei daretur qui posset accipere; Cum ergo audis. dedit tibi esse. non eras qui acciperes. existendo accepisti ut esses; Dedit structor domui huic ut esset; sed quid ei dedit? ut domus esset; cui dedit? huic domui; quid ei dedit? ut domus esset; quomodo potuit dare domui ut domus esset? et enim si domus erat! cui daret ut domus esset quando iam domus erat? quid est ergo dedit ei ut domus esset? fecit ut domus esset? quid ergo filio dedit. dedit ei ut filius esset. et genuit ut uita esset. hoc est dedit ei habere uitam in semet ipso. ut esset uita non egens uita! ne participando intellegatur habere uitam; Si enim participando habere uitam posset. et amittendo esse sine uita; hoc in filio ne accipias. ne cogites. ne credas; manet ergo pater uita. manet et filius uita! pater uita in semet ipso. non a filio. filius uita in semet ipso. sed a patre. — a patre genitus ut esset uita in semet ipso. pater uero non genitus uita in semet ipso; Nec minorem filium genuit. qui crescendo fieret aequalis; non enim ad sui perfectionem adiutus est tempore. per quem perfectum creata sunt tempora; sed ante omnia tempora patri coaeternus est; Non enim umquam pater sine filio; aeternus autem pater est. ergo coaeternus et filius; quid tu anima? mortua eras. amiseras uitam. audi patrem per filium. surge recipe uitam. ut in eo recipias uitam. quam non habes in te. qui habet uitam in semet ipso; Uiuificat ergo te pater et filius; et agitur prima resurrectio. quando resurgis ad participandam uitam. quod tu non es. et participando efficeris uiuens. Resurge a morte tua in uitam tuam qui est deus tuus. et transi a morte in uitam aeternam; habet enim uitam aeternam pater in semet ipso. et nisi filium talem generaret qui haberet uitam in semet ipso. Non sicut pater suscitat mortuos et uiuificat. sic et filius quos uellet uiuificaret; quid ergo de illa resurrectione corporis? nam isti qui audiunt et uiuunt. unde nisi audiendo uiuunt; Amicus enim sponsi stat et audit eum. et gaudio gaudet propter uocem sponsi; Non propter uocem suam. hoc est participando. non existendo audiunt. et uiuunt.

& omnes qui audiunt uiuunt. quia omnes qui oboediunt uiuunt; Dic aliquid
dne etiam de resurrectione carnis; fuerunt enim qui eam negarent & dicerent.
quia ista sola est resurrectio quae fit per fidem. cuius resurrectionis modo dns
fecit commemorationem. & inflammauit nos, quia quidem mortui audiunt uo
cem filii di & uiuent; Non eorum qui audierint alii moriuntur & alii uiuent /
sed omnes qui audierint uiuent. quia omnes qui oboedierint uiuent; Ecce ui
demus resurrectionem mentis. Non ergo amittamus fide de resurrectione
carnis; & nisi tu dne ihu dixeris eam. quem opponemus contradictoribus; Omnes
enim sectae quae se aliquam religionem hominibus inserere praesumpserunt.
non negauerunt istam mentium resurrectionem. ne diceretur eis; si non resur
git anima. quare mihi loqueris. quid in me facere uis. si non facis ex deteriore
meliorem. quare loqueris; si non facis ex iniquo iustum. quare loqueris; Si autem
facis ex iniquo iustum. ex impio pium. ex stulto sapientem. fateris resurgere
animam meam si tibi obtemperauero. si tibi credidero; uolentes ergo credi sibi
omnes qui instituerunt alicuius etiam falsae religionis sectam, negare istam re
surrectionem mentium non potuerunt; Omnes de illa consenserunt. sed multi
carnis resurrectionem negauerunt. & dixerunt in fide iam factam esse resurrec
tionem; Talibus resistit apostolus dicens. ex quibus est hymeneus & filetus.
qui circa ueritatem aberrauerunt dicentes resurrectionem iam factam esse
& fidem quorundam subuertunt; Iam factam esse resurrectionem dicebant.
sed eo modo ut alia non speraretur. & reprehendebant homines qui sperabant
resurrectionem carnis, uelut iam resurrectio quae promissa erat credendo im
pleretur in mente; Reprehendit eos apostolus. Cur eos reprehendit; Nonne
hoc dicebant quod modo dns loquebatur. Uenit hora & nunc est, quando mortui
audient uocem filii di, & qui audierint uiuent; Sed de uita mentium loquor
adhuc ait tibi ihs, nondum loquor de uita corporum. sed loquor de uita uitae
corporum, id est de animarum. in quibus est uita corporum; Nam scio esse corpo
ra in monumentis iacentia. scio & corpora uita in monumentis futura. Nondum
de illa resurrectione loquor; De ista loquor. in ista resurgite, ne ad poenam illa
resurgatis; sed ut noueritis quia de illa loquor. quid addo. Sicut enim pater habet
uitam in semetipso. sic dedit filio uitam habere in semetipso; haec uita quod pater
est quod filius est. ad quid pertinet. ad animam. an ad corpus. Non enim ui
tam illam sapientiae sentit corpus, sed mens rationalis; nam nec omnis ani
ma potest sentire sapientiam; habet enim & pecus animam. sed pecoris
anima non potest sentire sapientiam; ergo anima humana potest sentire
istam uitam quam habet pater in semetipso. & dedit filio uitam habere inse
metipso. quia illud est lumen uerum quod inluminat non omnem animam

sed omnem hominem uenientem in hunc mundum; cum ergo ipsi menti
loquor, audit id est oboedit, & uiuat; Noli itaq. dne tacere de resurrectione
carnis, ne non eam credant homines, & remaneamus nos argumentatores, n̄
praedicatores; ergo sicut pater hab& uitam in se m& ipso, sic dedit & filio uitā
habere in se m& ipso, intellegant qui audiunt. credant ut intellegant, oboedi
ant & uiuant; Audiant adhuc aliud ne hic finitam resurrectionem esse putent,
& dedit ei potestatem & iudicium facere; quis? pater, cui dedit? filio, cui enim de
dit uitam habere in se m& ipso, potestatem dedit ei & iudicium facere. quia filius
hominis est; iste enim xps & filius di & filius hominis est; In principio erat
uerbum & uerbum erat apud dm̄ & ds erat uerbum. hoc erat in principio apud
dm̄; ecce quomodo dedit ei uitam habere in se m& ipso; Sed quia uerbum caro
factum est & habitauit in nobis, ex uirgine maria homo factus, filius hominis
est; proinde, quia filius hominis est. quid accepit? potestatem & iudicium face
re; quod iudicium? in fine saeculi. & ibi erit resurrectio mortuorum, sed cor
porum; Animas ergo suscitat ds per xpm̄ filium di. corpora suscitat ds per
eundem xpm̄ filium hominis. dedit ei potestatem; hanc potestatem non habe
r& nisi acciper&, & ess& homo sine potestate, sed ipse est filius hominis, qui & fi
lius di; herendo enim ad unitatem personae filius hominis filio di, facta est
una persona, eademq. filius di quae & filius hominis; quid autem propter
quid habeat dinoscendum est. filius hominis hab& animam, hab& corpus;
filius di quod est uerbum di, hab& hominem tamquam anima corpus; sicut
perso anima habens corpus non facit duas personas, sed unum hominem, sic uerbū
na fili habens hominem non facit duas personas sed unum xpm̄; quid est homo?
christi anima rationalis habens corpus; quid est xps? uerbum di habens hominem;
aia uideo de quibus rebus loquar. & quis loquar. & quibus loquar; Nunc audite re
corpg surrectionem corporum non me sed dm̄ loquuturum propter eos qui resur
rexerunt surgendo a morte. inherendo uitae; cui uitae? quae non nouit
mortem; quare non nouit mortem? quia nescit mutabilitatem; quare nescit
mutabilitatem? quia uita est in se m& ipso; & potestatem dedit ei & iudicium
facere, quia filius hominis est; quod iudicium & quale iudicium? Nolite mira
ri hoc quia dixi dedit ei potestatem & iudicium facere. quia uenit hora. non
addidit, & nunc est; ergo horam quandam uult insinuare in fine saeculi; hora
nunc est ut resurgant mortui. hora erit in fine saeculi ut resurgant mortui,
sed resurgant nunc in mente, tunc in carne. resurgant nunc in mente per
uerbum di per filium di. resurgant tunc in carne per uerbum di carnē factū
filium hominis; Neq. enim ad iudicium uiuorum & mortuorum pater ipse
uenturus est. Nec tamen recedit a filio pater; quomodo ergo non ipse uen

& pr nō ueniet ad iudiciū s; filiꝰ

turus est. quia non ipse uidebitur in iudicio; uidebunt in quem pupugerunt;
forma illa erit iudex quae st&it sub iudice. illa iudicabit quae iudicata est;
iudicata est enim inique. iudicabit iuste. ueni& ergo forma serui, & ipsa appa
rebit; & enim forma dī quomodo appareat iustis & iniquis. nam si iudicium n̄
fier& nisi inter solos iustos. apparer& tamquam iustis forma dī. quia uero iu
dicium futurum est iustorum & iniquorum. nec lic& ut iniqui uideant dm̄. —
Beati mundo corde qm̄ ipsi dm̄ uidebunt. talis apparebit iudex. qualis uideri
possit & ab eis quos coronaturus. & ab eis quos damnaturus est. forma ergo serui
uid&ur. occulta erit forma dī. occultus erit in seruo filius dī. & apparebit filius
hominis. quia potestatem dedit ei & iudicium facere. quia filius hominis est; &
quia solus ipse apparebit in forma serui. pater autem non apparebit. quia non
est indutus forma serui. ideo superius ait. pater non iudicat quemquam. sed
omne iudicium dedit filio; bene ergo dilatum est ut ipse ess& expositor qui pro
positor; Superius enim occultum erat. nunc iam ut arbitror manifestum est.
quia dedit ei potestatem & iudicium facere. quia pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio. quia iudicium per illam formam futurum est
quam non hab& pater; & quale iudicium. Nolite mirari hoc quia uenit hora. non
ea quae nunc est ut resurgant animae. sed quae futura est ut resurgant corpo
ra; expressius hoc dicit. ut calumniam hereticus negitor resurrectionis corpo
ris non inueniat. quamquam iam intellectus elucescat. cum superius dictum ess&. —
uenit hora. addidit & nunc est. modo autem uenit hora. & non addidit & nunc ē. —
tamen ut omnes ansas. omnes clauiculas calumniarum. omnes nodos laqueorum
aperta ueritate disrumpat. Nolite mirari hoc quia uenit hora in qua omnes qui
in monumentis sunt; quid euidentius. quid expressius. corpora sunt in monum
tis. animae non sunt in monumentis nec iustorum nec iniquorum; Iusti anima
in sinu abrahae fuit. iniqui anima apud inferos torquebatur. in monumento
nec illa nec illa; superius quando ait uenit hora & nunc est. obsecro intendite.
Nostis frs quia ad panem uentris cum labore peruenitur. quanto magis ad panē
mentis. cum labore statis & auditis. sed nos cum maiore stamus & loquimur; Si
laboramus propter uos. cur laborare non deb&is propter eosdem uos. Superius
ergo cum dicer& uenit hora & adder& & nunc est. quid subiecit. quando mortui
audient uocem filii dī. & qui audierint uiuent. Non dixit omnes mortui audi
ent. & qui audierint uiuent. Mortuos enim iniquos uolebat intellegi; & num
quid omnes iniqui obaudiunt euangelio. Aperte dicit apostolus. sed non om
nes obaudiunt euangelio; tamen qui audiunt uiuent. quia omnes qui obaudi
unt euangelio. transient ad uitam aeternam per fidem. Non tamen omnes ob
audiunt. & hoc nunc est; At uero in fine omnes qui sunt in monumentis. hoc ē

In qua forma chrs sit iudicaturus.

Resurrectio corporum [illegible]

iusti & iniusti audient uocem eius & procedent; quomodo noluit dicere &
uiuent; omnes enim procedent. sed non omnes uiuent; in eo quippe quod su
pra dixit. & qui audierint uiuent. in ipsa obauditione uitam aeternā intellegi
uoluit. & beatam quam non omnes habebunt qui de monumentis procedunt; iā
ergo & per commemorationem monumentorum. & expressionem processionis
de monumentis. aperte intellegimus corporum resurrectionem. audient oms
uocem eius & procedent; & ubi iudicium. si omnes audient & omnes procedent.
quasi totum confusum est. nihil uideo discretum; certe accepisti potestatem
iudicandi. quia filius hominis es; ecce aderis in iudicio. resurgent corpora de
ipso iudicio dic aliquid. hoc est discretione bonorum & malorum; & hoc audi;
qui bene fecerunt in resurrectionem uitae. qui male egerunt in resurrectio
nem iudicii; superius autem cum de resurrectione mentium & animarum
loqueretur. numquid fecit discretionem. sed omnes qui audient uiuent, quia
obaudiendo uiuent; at uero resurgendo & procedendo de monumentis. non om
nes ad uitam aeternam ibunt. sed qui bene fecerunt; qui autem male, ad iudiciū;
hic enim iudicium pro poena posuit. & erit diremptio. & non qualis modo est.
nam & modo separamur non locis sed moribus. affectibus. desideriis. fide. spe
caritate; simul enim cum iniquis uiuimus. sed non una uita est omnium; in oc
culto dirimimur. in occulto separamur; quomodo grana in area. non quomodo
in horreo. & separantur grana in area & miscentur. separantur cum a palea ex
poliantur. miscentur quia nondum uentilantur; tunc aperta erit separatio.
sicut morum. sic & uitae. sicut sapientiae. ita & corporum; eunt qui bene fecerī
uiuere cum angelis dī. qui male egerunt torqueri cum diabolo & angelis eius.
& transiet forma serui; ad hoc enim eā praesentauerat ut faceret iudicium, post
iudicium perget hinc. ducet secum corpus cui caput est, & offeret regnum; tunc
plane uidebitur forma illa dī quae non potuit uideri ab iniquis. quorū uisio
ni forma serui exhibenda erat; dicit & alibi; sic ibunt isti in ambustionem
aeternam de quibusdam sinistris. iusti autem in uitam aeternam. de qua alio
loco dicit. haec est autem uita aeterna ut cognoscant te unum uerum dm̄ &
quem misisti ihm̄ xpm̄; tunc ibi apparebit. qui cum in forma dī esset. nō rapinā
arbitratus est esse se aequalem dō; tunc se ostendet. quomodo se dilectoribus
suis ostensurum promisit; qui enim diligit me ait. mandata mea custodit.
& qui diligit me diligetur a patre meo. & ego diligam eum. & ostendam meipsū
illi; quibus loquebatur praesens eis erat. sed formam serui uidebant. formā
autem dī non uidebant; per iumentum ad stabulum ducebantur curandi. &
sanati uidebunt; quia ostendam inquit meipsum illis. quomodo ostenditur
aequalis patri cum dicit philippo. qui me uidet uidet & patrem; non possum

iudiciū pro pena

de psona chri iudicātis

89

ego a me ipso facere quicquam. sed sicut audio iudico & iudicium meū iustū
est, quia dicturi illi eramus. tu iudicabis. & pater non iudicabit. quia omne iudi
cium dedit filio. Non ergo secundum patrem iudicabis. adiecit, non possum
ego a me ipso facere quicquam. sicut audio iudico. & iudicium meum iustum est.
quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me; Certe
filius quos uult uiuificat; Non quaerit uoluntatem suam sed uoluntatem eius
qui misit eum. Non meam propriam. Non meā. non filii hominis. non meam
quae resistat dō; faciunt enim homines uoluntatem suam non dī quando
faciunt quod uolunt. non quod iub& dī; quando autem faciunt quod uolunt.
ut tamen sequantur uoluntatem dī. non faciunt uoluntatem suam quamuis
quod uolunt faciant; uolens fac quod iuberis. atq; ita & hoc facies quod uis.
& non uoluntatem tuam facies sed iubentis; quid ergo; sicut audio ita iudico.
Audit filius & demonstrat ei pater. & uidit filius patrem facientem. & ista distu
leramus paulo enucleatius pro uiribus pertractare. si tempus nobis per acta lec
tione & uires remansissent; si dicam me posse adhuc loqui. forte uos audire iam
non potestis; item forte auiditate audiendi dicitis. possumus; melius est ergo
ut ego infirmitatem meam fatear. quia iam fatigatus loqui non possum. quam
ut uobis iam bene satiatis adhuc infundam quod non bene digeratis; proinde
huius promissionis quam ad hodiernum tempus si super esse& distuleram
tene& me adiuuante dno in crastinū debitorē. EXPLICIT SERMO XVIIII.

INCIPIT XX. AB EO QUOD SCRIPTUM EST IN EUANGELIO SCDM IOH
AMEN AMEN DICO UOBIS NON POTEST FILIUS A SE FACERE QUICQUĀ
NISI QUOD UIDERIT PATREM FACIENTEM. QUAECUMQ; ENIM
PATER FACIT HAEC EADEM ET FILIUS FACIT SIMILITER. PATER ENĪ
DILIGIT FILIUM ET OMNIA DEMONSTRAT EI.

Verba dni nri ihu xpi maxime quae iohannes euangelista commemorat.
qui non sine causa super pectus dni di discumbebat. nisi ut secr&a alti
oris sapientiae eius ebiber& & quod amando biberat. euangelizando ructar& —
ita secr&a sunt & profundę intellegentiae. ut omnes turbent qui peruerso
sunt corde & omnes exerceant qui recto sunt corde. proinde animaduertat
caritas uestra ad haec pauca quae lecta sunt; uideamus si quomodo possumus
donante & adiuuante ipso qui uerba sua nobis uoluit recitari. quae tunc au
dita atq; conscripta sunt ut modo legerentur. quid sibi uelit quod eum au
distis modo dicere. Amen amen dico uobis — Non potest filius a se facere
quicquam nisi quod uiderit patrem facientem; quaecumq; enim pater
facit. haec eadem & filius facit similiter; Unde autem natus sit sermo iste.
commemorandi estis propter superiora lectionis. ubi curauerat dns quendā